



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Apis Argvmentosa P. Georgij Schrötelij

Schrötcl, Georg

Coloniæ Agrippinæ, 1633

Domvs Avrea.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46515](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46515)

nue contra hostes meos. Ad fastigium
turre scandam, inde omnia mihi immi-
nentia pericula dispiciam, fruar illic cœ-
lesti aura, quæ noxium æstus attempe-
ret, solutus omnibus terrenis curis, &
desiderijs, totum me cœlestium rerum
meditationibus impendam, quæ sursum
sunt sapiam, non quæ super terram; sic
tu me adiuua cœli Regina, quæ in Cœ-
lis coronata triumphas in omnem æ-
ternitatem. Amen.

DOMVS AVREA.

IN sequentibus Litanijs salutatur Bea-
tissima Virgo DOMVS SAPIENTIÆ,
vbi ad litteram Academia Salomonis
insinuatur, Quia tamen hinc Domus
Aurea vocatur, transferemus ad has
Litanias illud encomium, & auream
hanc Domum flexo poplite salutabi-
mus.

Quo ad litteram & historiam, Sa-
lomon

2. Prou. 9.

ſolomon in monte Syon ædificauit Gym-
 naſia, *a vbi præter legem, varia artes, &*
disciplina docebantur. Nam licet tempo-
 re Samuelis in Bethel, Rama, Hiericho,
 & alijs locis terræ Iſrael, ſcholæ exſtru-
 ctæ fuerint, in quibus filij Prophetarum
 in Lege Dei, & alijs diſciplinis excole-
 bantur, præcipua tamen Academia
 à Salomone in monte Syon ædificata
 fuit, vbi ex ſeptem cathedris, mar-
 moreis columnis innixis, *a Lex Dei,*
& omnis ſapientia docebatur. Hinc ali-
 qui Eſaiam eo alluſiſſe putant, quan-
 do cap. 2. ſcripſit: *b Venite ascendamus ad*
montem Domini, & ad montem Dei Iacob,
& docebit nos vias ſuas. quia de Syon exhibit
Lex, & Verbum Domini de Hieruſalem.
 Similes cathedræ etiam in atrio templi
 erant, vbi Doctores Legis ſedebant, iux-
 ta illud, *ſuper cathedras Moysi ſedebunt*
Scribæ & Phariſæi &c. ibi Chriſtus in
 medio.

a Ioseph de bello Iudaico c. 6.

b Abulens. super 4. Reg. 2. q. 9.

c S. Optatus Mileuit. super Esa. c. 22.

medio Doctorum inuentus est: Ibi Saulus ad pedes Gamalielis.

Ecclesia ergo B. Virginem appellat Domum Sapientiae, quam sibi aeterna sapientia aedificauit, & excidit columnas septem. quod SS. Patres varie B. Virgini applicant. S. Bernhardus tres Virtutes Theologicas, & quatuor cardinales, in summo gradu in anima B. Virginis intelligit. Alij septem dona Spiritus Sancti. Alij septem opera misericordiae. Alij septem Sacramenta in hac Domo a Christo coepta. Hugo Cardinalis pulchre applicat B. Virgini septem alias Virtutes ex Epistola S. Iacobi cap. 3. *a Sapientia autem quae desursum est, primum quidem pudica est, deinde pacifica, modesta, suadibilis, bonis consentiens, plena misericordiae, & fructibus bonis, iudicans sine simulatione.* Quae notantur in salutatione Angelica. Primò, Pudica: *missus est Angelus Gabriel ad Virginem.* Secundo, Pax siue Concordia; *desponsata Viro &c.* Tertio, Suadibilis: *cogitabat, qualis esset ista Saluatio* Quarto, Mo-

to
C
ve
co
&
E

A
ci
ti
ve
in
g
fe
th
S
C
M
D
cu
P
vo

m

tò, Modestia : *Quomodo fiet istud &c.*
 Quinto, consensus : *Fiat mihi secundum
 verbum tuum.* Sextò, Plenitudo miseri-
 cordiæ: *Exurgens Maria, abiit in Montana*
 &c. Septimò, Iudicium sine simulatione:
Ecce Ancilla Domini fiat mihi. &c.

Vel aliter. Primò Virginitas : *missus est
 Angelus Gabriel ad Virginem* Secundo, Ta-
 citurnitas: *cogitabat qualis esset ista salutatio.*
 Vel, *Maria autem conseruabat omnia
 verba hæc, conferens ea in corde suo.* Vnde &
 in Euangelio tantum quater locuta le-
 gitur. (primò, Angelo. secundò, *Fili quid
 fecisti nobis sic.* tertio, salutando Elisabe-
 tham. quartò, in nuptijs Canæ) Tertiò,
 Stabilitas: *Ingressus Angelus Gabriel ad eam.*
 Quartò, Strenuitas : *Exurgens abiit in
 Montana.* Quintò, Humilitas: *Ecce Ancilla
 Domini.* Sextò, Pietas: *Mansit autem Maria
 cum illis quasi tribus Mensibus.* Septimò,
 Prudentia : *Quomodo fiet istud?* Subijcit
 versum adiuumento memoriæ:

Castâ, tacens, residens, operans, hu-
 milis, pia, prudens.

Omnes

Omnes hi sensus & applicationes, merito probantur, quia Virtutes tantæ Virginis pulchre illustrant; quod & ego breuissimè conabor ostendere, per proprietates domus rectè & prudenter ædificatæ.

1.

Firma requiruntur fundamenta, ea prudentia, Augustino teste, a vt quanto cogitatur erigi maius ædificium, tanto altius fodiatur fundamentum. Id æterna fecit sapientia, hanc Domum ædificans. Licet ex Regia stirpe originem traxerit hæc Virgo, in mediocri tamen statu, ne dicam paupere, & humili educata, nuptui fabro tradita est. & licet Virtutibus, & gratia Dei plena fuerit, id Orbi tamen ignotum fuit. *respexit Deus humilitatem ancille sue.*

2.

Muri quoque firmi sint necesse est, maxime si domus alta esse debeat. hæc autem domus exaltanda erat super choros

a Aug. Serm. 10. de Verb. Dom.

choros Angelorum. Parietes admodum firmos habuit, tanquam firmata in Syon. nullus casus aduersus potuit labefactare. stetit à præsepio, vsque ad crucem Christi.

3.

Tecto benè munita esse debet, contra pluuiam, tempestates, niues, grandines, &c. Heu quantas hæc domus excipit procellas? oppleta vna cum dulcissimo filio opprobrijs, & contemptu, ceu densa niue. Neque vllis perturbationum ventis periculose concuti potuit, vt inordinatè tristis, aut impatiens. redderetur.

4.

Omnia loca debent esse, pulchro ordine, in certos vsus distributa; quæ officinarum distributio valde ornatur domū. Quid autem ordinatius excogitari potest vita B. Virginis, quæ exemplo filij charissimi, iuxta ætatem, & tempora, modo has, modo illas Virtutes exercuit? licet omnes simul cumulatissimè haberet.

5. Or-

5.

Ornamentum domus est, vt sit lucida, non habeat angulos obscuros, & tenebricosos, vt secure quis ambulare possit, maxime per scalas. Hæc autem domus sapientiæ, radijs Spiritus Sancti plene fuit illustrata, intellectu & lumine spirituali abundanter prædita, sine vllis ignorantia tenebris, altissimorum mysteriorum conscia.

6.

Mundities ornat domum. palatium quantumuis elegans, & magnificum, si sordidum sit, vilescit. Hæc autem domus nunquam contaminata est. tota pulchra, & macula non erat in ea, præseruata à Spiritu sancto. quia Domum Dei decet sanctitudo.

7.

Ornatur insuper tapetibus, picturis, quantumuis structura per se elegans sit, quod in Palatijs Regum & Principum videre est. Quis vero nobis explicet pulchritudinem, & varietatem Virtutum,

tu

h

v

d

re

p

n

tu

si

ei

le

p

n

b

d

li

e

I

tutum, & prærogatiuarum Beatissimæ
huius Virginis, quibus omnes parietes
vestiuit, vbi dilectus eius habitare desi-
derauit.

8.

Instructa debet esse domus omnibus
rebus necessarijs, & supellectili co-
piofa, & quæ ad commodam habitatio-
nem pertinent. ideo hoc loco addi-
tur, *miscuit vinum, & posuit mensam
suam.*

Hæc de se ipsa dicit, in tabernaculo
eius coram ipso ministraui. *a* Hem qua-
les epulas Æterna sapientia, in hac domo
parauit toti generi humano? Introduxit
me Rex in cellaria sua. dum dico, *Ver-
bum Caro factum est*, compendio omnia
dico.

9.

Non tantum necessarijs rebus, simi-
lis domus, instructa est, sed repositos
etiam, tuto loco, habet thesauros. Bone
Deus, quales thesauros, in hanc do-
mum,

a Cant. I.

mum, Æterna Sapientia recondidit?
*Multa filie congregauerunt sibi diuitias, hæc
 supergressa est vniuersas. b*

IO.

Quædam domus non tantum pro
 habitatione, & quotidianis necessita-
 tibus exstruuntur, sed ad recreationem
 quoque, & ad animi oblectationem.
 Et in hac quidem domo mirificè sibi
 complacuit Æterna Sapientia. Si enim
*beneplacitum est Domino super timentes
 eum, a & in eis qui sperant super misericordia
 eius; quantum beneplacitum habuit in
 hac sua electa ex millibus.*

PIÆ

a Prou. 31.

b Psal. 146.

PIÆ CONSIDERATIO-
NES.

I.

Licet magni Domini eiusmodi palatia erigant sibiipsis, tamen permittunt aliquando, vt aduenæ ea inspiciant, & curiose lustrent. hoc enim cedit in honorem Domini, dum alij admirantur elegantiam ædificij, distributionem, sumptus. vnde & aliquid discere, & imitari licet. Visitemus ergo & inspiciamus hanc domum Sapientiæ, vltro inuitamur. Qui paruulus est, ad me declinet. Inspiciamus diligenter, admiremur, imitemur quantum possumus.

2.

Si anima iusti, Sedes est sapientiæ, Salomone teste, Rogemus Æternam Sapientiam, vt placeat ei, animam nostram in domum sibi ædificare, & solidè fundare, muris atque columnis firmare,

mare,

mare, eamque inhabitare. Nos virtutibus necessarijs cooperemur. S. Chrystomus, *a* comparat nos pueris qui in arena, & luto domunculas formant. Nos ex luto aliquando ædificamus sine paleis, terrenis desiderijs inhiantes. Audi Prophetam : *Dic ad eos, qui liniunt absque temperatura, quod casurus sit paries: erit enim imber inundans, & dabo lapides praegrandes desuper irruentes, & ventum procellae dissipantem, & dicetur, Vbi est litura, quam linistis?*

3.

Studeamus mundicie per examina conscientiae, & confessiones. Ornemus tapetibus, varijs inquam virtutibus, auferamus quicquid Dilecti oculos offendere potest.

4.

Instruamus omnibus rebus necessarijs. misceamus etiam vinum nostrum, & mensam paremus operibus misericordiae,

a Hom. 55. ad pop. Antioch.

b Ezech. 13.

cordiæ, & officijs charitatis, quæ nobis
mutuo debemus.

5.

Inuitemus Dilectum ad domum no-
stram; modum alliciendi scimus ita enim
ipse ait: *a Si quis diligit me, sermonem me-
um seruabit, & Pater meus diligit eum, &
ad eum veniemus, & mansionem apud eum
faciemus.*

6.

Imò vltro venit, modo ei aperia-
mus: Ecce, inquit, ego sto ad ostium,
& pulso: *Si quis audierit vocem meam, &
aperuerit ianuam mihi, intrabo ad illum, &
coenabo cum illo, & ipse mecum.* Ecce af-
fert secum suas delicias, quibus frua-
ris.

a Ioan. 14,

ORATIO.

AH salue spectanda Domus Sapi-
entiæ Æternæ: audio beatos præ-
dicari

F

dicari

dicari, qui vigilabant ad fores tuas quotidie,
 & qui obseruant postas ostij tui. *a* Sacra
 hæc non cuiuis, nec quouis tempore
 forsan porta patet. Ecce adsum, & vi-
 gili oculo obseruo postes ostij tui; flexis
 quoque poplitibus adrepo, & ostium
 crebris suspirijs pulso. Scio quia confor-
 tauit Deus feras portarum tuarum; Ve-
 rum tamen attollite vos portæ quan-
 tumuis fortes, & solido ære rigentes, ad-
 mittite a nhelantem animam, amore ve-
 stri fauciam; liceat spectare opus, toti or-
 bi ob soliditatem & decorem eius admi-
 randum. Audio clamantem; *b* *Qui paruu-
 lus est, declinet ad me.* O Domina mea, non
 est exaltatum cor meum, neque elati
 sunt oculi mei, neque in magnis, & mi-
 rabilibus super me, ambulo: Ecce puer
 ego sum, nescio loqui, nescio prædicare
 dignitatem, & excellentiam tuam. Video
 septem cathedras, septem columnis in-
 nitentes, vbi omnis sapientia docetur,
 & Do-

a Prou. 8.

b Item 8.

Auditor esse cupio; Loquere Magistra,
 & Domina mea, quia audit Seruus tu-
 us. Bonitatem, disciplinam, & scienti-
 am doce me. Sedebo humilis, & quie-
 tus; obseruabo lenem susurrum, in quo
 Dominus est; hauriam salutem à Do-
 mino. Laudo & suspicio Architectum
 Domus huius; opus & artificium suum
 commendat Magistrum. Æternæ sapi-
 entiaè dona in te admiror, particeps que
 fieri vnice exopto, à te Domina, & Ma-
 gistra mea, sapientiaè studio erudiri,
 summo desiderio, & ex omnibus ani-
 mæ meæ viribus, humillimè peto. Quæ
 in cœlis coronata triumphas in om-
 nem æternitatem, A-
 men.